

Pr. 43 num. 2a

1776, 28.

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
DE
SPVRIO ERVDITORVM
PRIVILEGIO EXPELLENDI
OPERARIOS CVM STREPITV
LABORANTES

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBVRGENS.

S O C I O

IN AVDITORIO IVRIDICO

DIE XVII. AVGVST. ANNO CCCCCCLXXVI.

D E F E N D E T

FRIDERICVS AVGVSTVS SCHNEEGASS

BVDISS. L V S.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



94
1715
1715
SPARIO ERADICATORVM
PARVUS QIO EXSTINCIQI
COSTATIS CLO DILECTIVAS
FUNDATIONES

1715.

HISTORIA MOLYBDENI ET
SILVERI
C. H. F. G. B. L. V. S. C. E. T. N. I. C. G.

IN LIBERIO QIO IAPIDICO
DESSINATA
EDITIONES

LUDOVICVS MAGISTER SCHINNENSVS

1715.
LUDOVICVS MAGISTER SCHINNENSVS



DE
SPVRIO ERVDITORVM PRIVILEGIO
EXPELLENDI OPERARIOS CVM STREPITV,
LABORANTES.

§. I.

 **E**st peruuulgata quaedam regula, quemque et rem suam libere locare, quemque libere conducere posse, nisi forsan lex arbitrium locandi conducendi restringat. Restrictam vero esse hanc libertatem naturalem ex lege, vulgo adfirmant eruditii intuitu opificum et operariorum, qui cum strepitu vel adeo cum foetore labores suos exercent, quibus iuxta aedes eruditiorum conductionem prohibitam esse adserunt, ne videlicet officinam apperiant. De foetore testis est BERGER in *Oeon. Iur. L. III. T. V. Th. XXI. n. 1.* quique argumentum huius extensae prohibitionis quaerit in *L. 2. f. 2. ff. ne quid in loc. publ.* Nec acquiescant in conductione, quam adfirmant, prohibita, pergunt adeo ad prohibitam emtionem, ut argumentari pl-

A 2

cuit



cuit FINCKELTHAVSIO *Obsrvu. LXIV.* Quamuis vero id negari haud possit, studia amare pacem atque tranquillitatem, atque abhorre ab omni strepitu, qui et in legendō et in iudicando attentionem reclam tollit et imminuit; at propterea tamen nollem leges, quae non sunt, fingere, nec priuilegia interpretatione extensiu concedere, quam interpretationem, cum contra iuris communis tenorem sint, respuunt. Nec me movent res iudicatae, quippe quae falsis opinionibus superstructae esse possunt. Videamus itaque, an tuto adfūmari possit, competere priuilegium supra descriptum eruditis.

§. II.

In hoc vero priuilegio fingendo quidam Doctorum ita versantur, ut omnibus prope eruditis interpretatione concidunt, quod fecit F A B E R *Staats-Canzley. P. II. Cap. VI. n. 11. sq.* Excludit studiosos L V D O V I C I in *Doctr. Pand. L. XIX. Tit. II. §. 3.* ex lepidissima ratione, quod studiosi habitationem saepe mutare soleant: quasi instar hirundinum hinc illinc migrare singulis semestribus studiosorum proprium esset. Contra B E R G E R Y S *cit. loc.* Professoribus, Doctoribus atque Aduocatis hocce tribuit beneficium. P E R E Z vero ad *Cod. L. XI. Tit. XVIII.* de liberalium artium Magistris, Doctoribus atque Professoribus hocce singulari beneficio ornandi sollicitus est.

§. III.

Vnicus fons, ex quo hoc eruditorum priuilegium eruditis vulgo adfīmatur, est ex communi opinione *L. unic. C. de stud. liberal. vrb. Rom.* cuius legis autores sunt T H E O D O S I V S et VALENTINIANVS AA. Verba ipsa transcribamus: *Vniuersos, qui usurpantes sibi nomina magistrorum in publicis magistrati-*



tionibus cellulisque collectos undicunque discipulos circumferre consueverunt, ab ostentatione vulgari praecepsimus amoueri: ita, ut si quis eorum, post emissos diuinae sanctionis affatus, quae prohibenus atque dannamus, iterum forte tentauerit, non solum eius, quam meretur infamiae notam subebeat, verum etiam pellendum se ex ipsa, ubi versatur illicite, urbe cognoscat. Illos vero, qui intra plurimorum domos eadem exercere priuatum studia consueverunt, si ipsis tantummodo discipulis vacare maluerint, quos intra parietes domesticos docent, nulla huiusmodi interminatione prohibemus. Sin autem ex eorum numero fuerint, qui videntur intra Capitelli auditorium constituti: hi omnibus modis priuatarum aedium studia sibi interdicta esse cognoscant: scituri, quod si aduersus caelestia statuta facientes deprehensi fuerint, nihil penitus ex illis priuilegiis consequantur, quae his, qui in Capitolio tantummodo docere praecepti sunt, merito deseruntur. Habeat igitur auditorium specialiter nostrum in his primum, quos Romanae eloquentiae doctrina commendat, oratores quidem tres numero, grammaticos vero decem. In his etiam, qui facundia grauitatis (in Codice Theodosiano, qui totidem verbis hanc constitutionem exhibet, legitur græcitatiss, quæ lectio verior videtur atque convenientior) pollere noscuntur, quinque numero sint sophistæ et grammatici aequæ decem. Et quoniam non his artibus tantum adolescentiam gloriosam optamus institui: profundioris quoque scientiae atque doctrinae memoratis magistris sociamus autores. Vnum igitur adiungi caeteris volumus, qui philosophiae arcana rimetut: duos quoque, qui iuris ac legum voluntates pandant: ita ut unicuique loca specialiter deputata designari faciat tua sublimitas: ne discipuli sibi inuicem possint obrepere vel magistri: neue linguarum confusio permixta, vel vocum aures quorundam aut mentes a studio literarum aueriat.



§. IV.

Si integrum illam Constitutionem recte perlegimus, facile patet, Imperatorem iis constituere poenam eamque infamiae atque demum ut vrbe pellantur, qui se Professores mentiuntur, cum nunquam publice docendi facultatem Imperatoria autoritate naclii sunt. Non vero priuatam doctrinam improbat. His vero, quibus ex Imperatoria autoritate docendi facultas data est, quibusque auditorium in Capitolio datum, priuatam doctrinam interdicit. Dein numerum constituit Professorum, videlicet iubet, vt tres oratores, decem Grammatici latini, quinque Sophistae, decem Grammatici Graeci, unus Philosophus, duoque Iureconsulti suas artes atque scientias tradant. Tandem vult, vt cuique loca ad docendum in Capitolio deputentur specialiter, ne unus docendo alteri impedimento sit, aut discentes diversa simul audiendo confundantur. At de eo iure, ad cuius probationem lex adducitur ne iota quidem scriptum deprehenditur. Vox enim *obstrepere* non intelligenda de fabrorum variis generis strepitu, quem laborando excitant, multo minus quidquam de expellendi fabros facultate scriptum deprehenditur. Facile patet, de eo strepitu tantum intelligendam Imperatoriam legem, quem docendo discendoque magister aut discipulus magistro aut discipulo faciat, qui strepitus cum et doctori pariter atque discipulo et nocumento et impedimento sit, efficit ut peculiaria separataque cuius doctori adsignanda iubeat loca. Quare et coniungenda videtur haec constitutio cum *L. i. C. de Profess. qui in vrbe Constantinop.*

§. V.

Quae cum ita sint, facile patet, spurium omnino illud, quod singunt priuilegium, recte dici debere, si probatio ex *L. univ. all.* petenda. At obseruantiae atque consuetudini hoc tribuunt.

■ ■ ■

7


buunt. Multa in eam causam dixit THOMASIVS in *Caf. Iur.*
P. III. 17. atque LYNCKER diss. de *iur. litterat. vicinos expellendi strepiferos.* Sed sane adhuc vehementer dubito, fore, vt
quis vniuersalem hanc probet consuetudinem. Quotidie enim
videmus iuxta aedes, imo et interdum in ipsis aedibus eruditorum
laborare opifices cum strepitu. Et quamquam concedam,
ita interdum pronunciatum esse, tamen ex eo nondum mihi
probari videtur oecumenica quaedam iuris constitutio. Solet
enim interdum ab vno ordine quidquam pronunciari, quod
alter ordo dissentiens, si ad eum per Leuterationem causa de-
fertur, maxime vbi lex scripta deficit, corrigit. Et quod senten-
tiae latae, non attingunt vim iudicati, quoties ab ea ad
Principem prouocatum est, qui, quam prima habuit instantia
opinionem, tollit contraria sententia lata. Hinc incertum ma-
net, an quae adducuntur iudicata vere vim naecta sint, nec ne.
Quaero ergo vnde consuetudo probanda. Dein accedit, Iure-
consultos hanc opinionem, aut si mauis, hocce spurium priuilegium
defendisse sequendo alios, qui in auxilium vocauerant
J. vnic. C. de studiis liberal. urb. Rom. Vbi vero ex falso iure
iudicatur, an ius exinde ortum esse possit, mihi quidem non
videtur.

§. VI.

At ne iniuritus sim in eruditos eripiendo ipsis priuilegium,
quod plurimi mentiebantur, putem tamen aliquid veri huic iuri
tribui posse, non quidem ex vero priuilegio, sed ex causa
aliqua circumposita. Nam si ad Academias respicimus, quas
maiestas in suo territorio ordinauit, facile patet voluisse simul
maiestatem, vt quos constituit magistros, aut qui facultatem
docendi impetrarunt, non tantum doceant, verum etiam ius
habeant, ne eos quis in docendo impediat. Fac ergo inhabi-
tare



cate Professorem aedes suamque in iis aperuisse scholam. Fac fabrum ferrarium, aut claustrarium aut dolarium in his ipsis aedibus iuxta auditoriorum suorum pariter apperire officinam. Quaeſo! quomodo doceat magister, et quas ſibi comparet auditor aures, cum, quos habet laborantis operarii continuus replet strepitus? Non tantum hac ratione laederentur in docendi, quod datum est, iure et docentes et audientes, verum etiam ipfe finis, quem in ordinanda Academia habuit Maiestas, impeditur. Quiapropter quamuis deficiat ius scriptum, tamen quod docentium et discentium labor ore tantum et auribus perficiatur, recte iubet magistratus, si prior habitauerit Doctor, vel non recipere opificem strepiferum, vel receptum expellere. Non enim, quem Maiestas ordinauit rerum suarum finem, subdit agendo contra impedire debent.



Leipzig, Diss., 1776 A-G



f

TA-70L

aus 34 Steck bisher verku

V D
18

Pr. 43 num. 2a

1776, 28.

B.I.G.

Black

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

Inches

Centimetres

Farbkarte #13

Green

Yellow

Red

Magenta

11

10

9

8

7

6

5

4

3

2

1

Blue

Cyan

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI

D E

SPVRIO ERVDITORVM
PRIVILEGIO EXPELLENDI
OPERARIOS CVM STREPITV
LABORANTES

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBVRGENS.

S O C I O

IN AUDITORIO IVRIDICO

DIE XVII. AVGVST. ANNO CLOCCCLXXVI.

D E F E N D E T

FRIDERICVS AVGVSTVS SCHNEEGASS

BVDISS. L V S.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

